

Disputatio medica de alapis sive colaphis / [Georg Wicken].

Contributors

Wicken, Georg.
Franck von Franckenau, Georg, 1643-1704.
Universität Heidelberg.

Publication/Creation

[Heidelberg] : J.C. Walter, 1674.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/a9t3qxy6>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

DISPUTATIO MEDICA
DE

ALAPIS
SIVE
COLAPHIS.

IN ANTIQVISSIMA ET CELEBER-
RIMA ELECTORALI AD NICRUM
^{QVAM}

P R E S I D E

Nobilissimo Excellentis. atq; Experientis.

DN. GEORGIO
FRANCO,

MED. ET PHIL. D. AC P.P. ORD. FA-
CULT. MED. h. t. DECANO, ET ACAD. S. R. I.
NATURÆ CURIOS. COLLEGA, &c. FAUTO-
RE AC PROMOTORE SUO ÆVITER.

NUM COLEND O,

Solemni Disquisitioni Medicæ
in Audit. JCtorum

Ad diem XVIII. April. H. S.

Submittit

GEORGIUS Wicken/ Alsfeldia Hassus.



HEIDELBERGÆ,

Typis Job. Christiani Walteri, Acad. Typogr. Anno 1674.



B. C. D.

§. I.



Acra hac hebdomada recordamur, quod pessimi bipedum SALVATORI OPTIMO, Faciei Faciem, (uti loquitur ZWINGERUS in Theatr. V.H. Vol. 1. l.3. f. 254.) alapas impingere non dubitarint, ap. MARC. XIV. 65. & MATTH. XXVI. 67. Quare & has alapas, quas nostri causa passus est, acerbissimis defleamus lacrymis, earumque occasione alapas meditemur Medicas.

§. 2. MEDICAS dico. Nam & Dn. THEOLOGI suas habent de alapis meditationes, quando vel modo dictas Salvatoris alapas cum omnibus bonis dolent: vel expendunt locum MATTHÆI V.39. *Quisquis te cædit in dextram tuam maxillam, obverte ei & alterum:* Vel, quando hodie, qui confirmatus est, manu leviter in maxilla cæditur ab Episcopo, ut memoriet invicto animo Christianam militiam exercere & ornare, ceu ex DURAND. de ritib. Eccles. l.1. c. 20. n. 19. & Lælio BISCIO. in bor. subseciv. tom. 2. l. 6. c. 11. refert Abb. Joh. Bapt. PACICHELLUS Cheiroliturgiæ cap. III. p. m. 14. seq.

§. 3. Habent & DNI. JETI. suas. Siquidem alapas reddi & olim in manumissione servorum, ISIDOR. IX. 4. atque emancipatione filiorum contestantur Nov. LXXXI. Conf. B. BRISON, l.1. select. ex jure civili antiquit. c. 11. & P. FABR. Semestr. l. 2.

e. 20. & hodieum in manumissione ephborum nobilium &c. in
aulis Magnatum, vid. omnino BESOLD. thes. pract. voc. Wehrhaft
machen & ad h. l. addit. DIETHERRI atque SPEIDEL. in specul. obs.
voc. Maultaschen/ Backenstreich/ f. 894. & voc. Wehrhaft ma-
chen/ f. 1350.

§. 4. Habent & DNI. PHILOSOPI atque PHILOLOGI suas.
Ita Mimi in theatralibus spectaculis, cum dabantur, alios mi-
mos ad risum excitandum alapis cædere solebant, ceu habet ex
NAZIANZ. in Nicob. ad Patrem PACICHELL. l. a. & ex TERTULLIAN.
l. de Spectac. c. 23. & CYPRIAN. atque JUVENAL. VIII. 192. hoc asse-
rit FARNA B. in annot. ad Juven. Conf. qq. MARTIAL. II. 72.
& V. 63.

§. 5. MEDICAS dixi. Nec tamen animus est tractare
alaparum utilitatem, quando curationis loco adhibentur. Ita
enim AETIUS tetrab. 3. serm. 1. c. 8. scribit, quod ii, qui sint vilio-
ris conditionis & in balneo linquantur animo possint inter alia
pro refectione (Slag-mäßer) alapis cædi, facta qq. capillorum
evulsione, &c. Pariter ubi maxilla inferior est luxata oscitatione
&c. per alapam posse in pristinum quandoque locum reponi, à
quibusdam refertur.

§. 6. Sed de alaparum noxa Medica disseremus, addu-
cemusque exempla varia, ubi ab alapa inficta non solum do-
lor, tumor, sanguinis effluentia, sugillatio &c. sed & dentium
excisio, apoplexia, phrenitis &c. immo ipsa mors fuere orta.

§. 7. Prius vero quam hæc agamus alapæ onomatologia
paucis tangatur. Volupe enim semper fuit interdum in Philo-
logorum exspaciari viridaria. Alapam autem a Colapho di-
stinxit EUTHYMIUS sive EUTHYMII interpres HENTENIUS nixus,,
MATTH. XXVI. 67. ubi de Redemptore : Colaphis, inquit, eum,,
cederunt : alii autem palmas in faciem ejus dederunt : Et,,
colaphum verberationem putat in collo manu factam, ut so-,,
num edat, alapam vero in facie. Fuse vir eximus Lælius BISCI-,,
OLA Hor. subseciv. tom. 2. lib. 6. cap. 11. At noscum L. VALLA in,,
Raudensem idem alapam Latine, quod Colaphum Græce existi,,

maius, sunt verba PACICHELLI *Chiroliturg.* c. 3. p. m. 13. Quibus
cum & nos facimus.

§. 8. Alapæ vero vox non admodum antiqua. Legitur
tamen ap. JUVENAL. IX. 192. MARTIAL. V. 63. ISIDOR. IX. 4. &c.
Rideo autem, immo irascor BECMIANNO de Orig. LL. p. m. 283. di-
centi: Colaphus, κόλαφος, a quo, & NB. levi mutatiuncula
alapa. Eodem acumine SALOMON *Episcopus Constantiensis in
Vocabulario lit. A.* vult dici alata palma. Quid ni ita Ben-jamin
a volo, ut utar joco Schuppiano; Sanior est conjectura MARTI-
NI, qui ait in *Lex. Philol.*: Forte ab ἀλαπάῳ, vacuo, vasto, di-
ripiō. Additque affin. esse Hebr. פָּנָלְעַ al aph, super faciem.

§. 9. Græcis est κόλαφος. HESYCH. in *Lex. lit.* K. f. m.
432. ait: κολαφίζομενος, ραπίζομενος. κόλαφος, κόνδυλος.
Παρεῖται Επιχάρμως ἐν αὐτούσι τῷ παδοτείβαις ὄνομα. Dicitur
autem iuxta ETYMOLOGICUM MAGNUM *lit.* K. f. m. 525. Παρεῖτο κό-
λον αφειδή δόπο τὸ τυπομένη μέρης; Ήγουν αφενὲς καὶ ταπεινὸν
τοῦ τὰ λοιπὰ μέρη. Οὐτοῦ Απίων δόπο τὸ κολάψα
ελληνικὸν τῷ οὐτοῦ Επιχάρμω. Ως ταχὺ κόλαφος τετιπατεῖ δεινός.
---- ή δόπε τὸ τὰς κονδύλας αφειδής ἐκείνω τὰ μέρη. κόλαφος ή
διδομένη Διὰ τῶν μέσων δακτύλων πλήγη. Άλλοι οὐτοῦ τῷ το κολούσει
τὸ φῶς.

§. 10. Est vero alapa percussio palma facta in facie aut
ad tempora. Fit nimis propriæ manu interiore diducta & pla-
na. Exterior enim manus duriorem infert plagam ob ossicula
digitorum ibi minus sub carne latitantia, eine leke Maulschelle/o-
der mit der umgewandten Hand. Nec debet fieri pugno mit vol-
ler Faust / hoc enim magis esset percussio Germ. dicta Stössel/
Släge. Hinc quæ differentia sit pœnæ ejus qui manu aperta s. a-
lapam infligendo, & ejus qui pugno percussit vid. ap. FR. VIVI-
UM. dec. 46. & CARPOV. Prax. Crim. p. 1. q. 3. n. 38. & 42. Quam-
vis etiam quæ pugno fit percussio in facie pro alapa accipiatur
à multis.

§. 11. IN FACIE vero fit, hinc Germ. einem inn's Gesicht
flagen. Arbitrorque fieri tum ad dolorem, pars enim est tene-
rior & sensibilior; tum ad injuriam. Facies enim est honesta-
cor-

corporis pars ; injuriamque fieri a lapa Dnn. JCti merito statuunt vide BESOLD. & SPEIDEL. II. aa.

§. 12. Immo certæ faciei regioni infligitur e. g. ORI hinc Germ. eine Maulschelle / Maultasche / item einen in die Fräse slagen. Hinc πολυθρύλην : auf eine Lügen gehört sich eine Maulschelle ; quod tamen cum grano salis accipiendum monent Dni JCti, ad quos hoc spectat, vide CÖPPEN. 2. obs. 82. n. 8. BERLICH. V. Concl. 64. n. 30. VISCHER. de duello p. 688. STRUV. de Vind. priv. c. X. ap. BESOLD. & DIETHERR. ad b. l.

§. 13. Vel infligitur ḡπὶ κόρρης ; uti LUCIANUS, PHRYNICHUS & NAZIANZ. habent. Hinc Aeschines ap. THEOCRIT. Idyll. IΔ'. versl. 34. Cyniscam animadvertisens ad Lyci rivalis nomen, erubescere inter compotandum :

— πυξ ḡπὶ κόρρας
ηλασα. Καλλας αὐτις. —

— cum pugnis in maxilla
Insecutus sum. Et aliam rursus. —

Interprete Andrea Divo p. 74. Quid vero κόρρη proprie sit, disquirunt. Aliis modo totum caput notat, uti Atticis, ceu tradit EUSTATH. in Aelio Dionysio Germ. ita ein Kopf-stoß. Hinc TERENT. Adelph. II. 2. 37. ait Colaphis tuber esse totum caput. Quibusdam sumitur pro temporibus ad aures sitis ; ut OPPIAN. 1.3. de Venat. & Jul. POLLUC. Onomast. l. 2. c. 4. §. 1. & ita respondet vernacul : eine Ohr-feige. Nonnulli interpretantur κόρρη Caput cum collo, vid. LEXIC. Greco Lat. Basil. & ita benedicimus, einen an Hals slagen. Zachar. CALLIERGUS in schol. ad. d. l. Theocr. p. m. 356. seq. infit : κόρρην γδ την γνάγον καὶ σιαγόνα οι Αττικοι, i. e. κόρρην genam & maxillam vocant Attici. Quæ acceptio communis est & ita accommodatur Germ. ein Backenstreich.

§. 14. Effectus vero qui inde s̄ape resultant, sunt plerumque dolor, inflammatio, tumor, livor &c. quæ ut vulgaria & tripla majorem à nobis non exspectabunt explicationem ; cum animus sit primo in Medicorum dein JCtorum gratiam graviores inde ortos affectus & effectus accuratius explicare.

§. 15. Dentes excutiuntur facile ex phatniis alapa ; quod suo malo testatur Sannio leno ap. TERENT. in Adelph. II. 2.36.

— omnes dentes labefecit mihi ;

Præterea colaphis tuber est totum caput.

Præcipue ~~mūēs~~ primores atque Canini, quia stant in acie &c. & radice simpliciter acuta, testibus VESLING. c. 13. BARTHOLIN. &c. sunt prædicti. Hinc non solum dolor ingens larga hæmorrhagia &c. sed & saepe vitium venustatis, masticationis atque sermonis, præcipue in oratoribus, procuratoribus, tubicinibus &c.

§. 16. VOMITUS ciborum indigestorum post alapam ostiebatur in civitate Bernensi ap. FABRIC. Hild. Cent. V. obs. 86. cuius historiam fuisus repetit Cent. VI. obs. 11. Caussa potuit esse tumultus corporis tum animi commotio , bilis ventriculum stimulans, vertigo, crapula &c.

§. 17. COECITAS ab alapa quod possit orihi docet historia hæc, quam habet AMATUS LUSIT. Cumr. 44. Cent. 7. ap. " SCHENCK. f. 155. his verbis ; Mulier, cui maritus colaphum impegit, illico eodem die, utriusque oculi visionem amisit, cæca namque evasit, nulla in oculis habita macula aut nubecula lassioneve aliqua, puri namque cernebantur oculi. Quæ non diu postea surdastra est facta & fatua ; cum quibus lunaris purgatio huic deperdita est, agitur iam annus , quod mulier hæc nata annos viginti septem, malum & infortunium hoc patitur, cuius caussas intimas c. curatione ad præsens subticemus. Tu vero docte lector considera ! Caussa, quam auctor indagandam reliquit, potuit esse concussio cerebri & inde facta vel obstructio vel compressio nervi optici : vel sanguinis effluvium in ejus regionem &c.

§. 18. SURDITAS secuta est in eadem muliere cœcitatatem. Forte ob sanguinis in cerebro extra vas a putrescentis corruptionem & miasmata sensuum organa immo ipsos animales spiritus sensim inficientia. Quid immo potest alterutrius lateris, quod colapho percutitur , nisi surditas, tamen $\delta\omega\eta\kappa\omega\alpha$ aut $\epsilon\gamma\mu\circ\sigma\eta\beta\omega\kappa\omega\alpha$ oriri ; qn. percussione ista auris tam externa quam interna laeditur, aut cerebrum concutitur, aut nervus $\alpha\eta\gamma\kappa\omega\circ\sigma\eta\beta\omega\kappa\omega\alpha$.

§. 18. Vel si aer fortius intrudatur, quod fit interdum à vento perflante aures, à sonitu ingenti sclopetorum, bombardarum, campanarum &c. Hinc molitores, doliarii, fabri ferrarii & ærarii, campanarum pulsatores &c. difficulter audinnt.

§. 19. FATUITAS in illa ipsa denique successit. Ratio erit in spiritibus animalibus sensim sensimque vel contusis, vel corruptis vel plane pereuntibus. Ita vidi in scholis ab Orbiliis plagosis pueros frequenti ad caput percussione factos vel stolidos vel saltim stupidos. In ista muliere mæstitia ex visu & auditu deperdito multum adjuvit, nec non mensium subsecuta subpressio.

§. 20. EPILEPSIA ab alapa qq. oriri potest. Puella in gynæceo Palatino, pugno fatui ad tempora afflita, multis inde Epilepsia paroxysmis convulsa est; quam tamen tandem ægre suo consilio & opera convaluisse scribit tom. i. Epist. 10. p. m. 42. Doctissimus JOH. LANGIUS Quinque Sereniss. Palatinorum Electorum Archiater. Caussam *ibidem* rejicit in nobilissimum temporum musculum, quo cerebro nullus propinquior & nervosior.

§. 21. PHRENITIDEM ex alapa ortam in Bonifacio VIII. P. R. memorat *Jean de SERRE en inventaire general de l' histoire de France* p. m. 365. Nam: Philippus IV. Pulcer Rex Galliæ jugum à Papa sibi imponi detrectabat, mittebatque pro reprobando Pontifice Christianissimus Rex tacite in Italiam Felicem de Nogaret, qui socium sibi adsciscebait Sciarram ex Italia Pontificis odio profugum: Hic capti urbe (Anagnia dr.) ad Conclave Pontificis irrumpebat & post aliquot verba ad verbera venit, Patrique Sancto alapam egregiam inflxit, ut statim largissima suboriretur hæmorrhagia. Pontifex vix subtractus infecuturis plagiis post ejulatum Stentoreum incidit in maximam phrenitidem, adeo ut ambas arroderet & devoraret manus; atque post 35. dies moretur ut *Canis qui intraverat ut vulpes & regnarat ut leo*.

§. 22. APOPLEXIAN etiam ex Colapho excitatam post alia Symptomata in civi Bernensi Hanns Rust observavit & fuisse describit rationesque varias adponit Celebr. Guilb. FABRIC. Hild. Cent. VI. obs. XI. quem vide; & ex eo Fr. DECKERS ad Barbett. Præx. I. c. 2. Ita VALLERIOLA l. 3. Enarrat. 8. p. m. 228. b. accepit

pit quendam in pago, cui la Voulte nn. pugno in faciem illis
mox concidisse. Simile habet BENIVENIUS de abd.morb.causis cap..
110. de duobus juvenibus inter se litigantibus, quorum alter ala-
pa percussus in apoplexian statim resolvebatur, dein jugulatus;
interiit. Quod allegat qq. FORESTUS l.x. obs.70. in Schol. f.m.403..
a. additque ex percussione accessisse dolorem, deinde & inflam-
mationem, ac si apoplexiā. Alium pariter pugno in facie per-
cussum statim Apoplecticum concidisse, vedit Horat. AUGEN. l.90.
Epist.2. Causa merito hic & in pluribus aliis in concussionem ce-
rebri & spiritus animales rejicitur.

§. 23. ABORTUM ex alapa posse fieri facile colligitur ex
casu ap. CARPZOV. Prax. Crim. p. 1. q. 27. n. 34. ubi adolescens 18..
ann. feminam gemellas gestantem percussit pugno, unde illa
territa maxime, septimo die febrim ardenter passa, nono vero
duas filiolas alteram mortuam, alteram paullo post deceden-
tem, quas infelix mater sequebatur, est enixa. Causa apte rejici-
tur in consternationem, iracundiam, mōrem &c.

§. 24. MORTEM ex alapa rarissime ac vix accedere pos-
se quidem scribit CARPZOV. Prax. Crim. p. 1. q. 3. n. 42. Verum ex
modo allegatis BENIVENII, HILDANI & aliorum exemplis esse
mortuos ex alapis cognovimus. Quippe & mors alias ex lon-
ge levioribus quoque causis exorta legitur e.g. ex risu,
refectione unguium, imaginatione,
gaudio &c.

F I N I S.

